



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Ex Decretal. tit. de poenis. c. 13. Grauem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

de hæresi turpiter deierauit. Quocirca mādamus quatenus cum propter solam sūspicione (quiāuis vehementem) nolumus illum de tam graui crimenē condemnari, talem et tantam securitatē recipiat ab ipso, præter iuratoriam cautionem, quod timore pœnæ corporalis debeat coerceri, discretam ei penitentiam iniungentes, ex qua valeat apparere, utrū in tenebris ambulet, an in luce: & utrum vere pœnitens, an fidei conuersus: & si eum hoc modo verum catholicū cognovetis, non sinatis ipsum indebitē molestari: alio quoniam tanquam hæreticum condemnetis.

COMMENT. XV.

Litteras vestras.) Hoc rescripto aperte refellit eorum opinatio, qui dicit in crimen hæresis sufficere ad condemnandum leuiores probationes: quoniam ob grāne delictū non debet quisquam puniri pena ordinaria, etiam ob vehementes presumptiones, ut hic tradunt Innocentius in c. quia perīsimile præsum. Butrius, Cardinalis. & alijs, in c. affer teo. tit. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. 11. Joannes Imola in Clemen. I. de heret. Perusinus in ca. accusatus de hæreticis lib. 6. Oldradus conf. 210. incipien. regularis habet traditio. Frāciscus Squillaceensis tract. de fide cathe. c. 13. nu. 3. copiose Ioannes Rojas singula. 165. Simancas de cathe. institutio. 5. 1. nu. 11. & alijs, quos omitto consulto: quam sententiam probat apertissimè hoc rescriptū ibi: Quocirca mandamus.

In crimine b. Et de fratre suo similiiter recognouerat.) Dubitat Panormitanus hoc loco nu. 1. an hinc colligatur fratrem posse pro fratre, & contra fratre dicere testimonium. Quæ difficultas tametsi in alijs delictis locum habere possit, in hæresi crimen dubium non est, fratrem posse testificari contra fratrem, in defensione tamen aliarum probationem. Specul. tit. de testimoniis. §. de testimoniis compulsione. versi. sed nunquid frater tradit pulchre Hieronymus Gigas tract. de crimen Iesu maiest. lib. 2. in p. quomodo & p. quos. q. 9. immo & contra patrem, quem si esse hæreticū nouerit, denuntiare, immo et accusare Inquisitorib. debet. Alexander Halensis p. 3. præcepto 4. q. 33. Caeteranus in Detero c. 13. Palacius Rubius in repetitione c. per vestras. de donatio inter virum, & vero rem. §. 17. nu. 6. & §. 26. notabilis 2. post principiū, ver. plus est. Alfonsus Castrus lib. 2. c. vltimo, de iusta hæreticorum punitio. Nauarrus in c. inter verba laudantium. 11. q. 3. Joannes Rojas singulari ampliatione 6. nu. 29. et 30. et hoc sententia prior, & tunc est; quia potius Deo quam parentibus obediendum est c. relatum. de senten. excommu. & cap. quisquis meru. 11. q. 3. nam si licet patrem oppugnatem patria impune interficere, l. minime ff. de religio. & simili. fine. multo magis eundem fideli catholice rei licebit denuntiare. Reuerendis. Simacas in libello de parte hæretico contrarium afferunt, cuius sententia nullo modo putarem in tā grāne crimen fidēdū. Hoc addiderim, quod & prædicti admittunt, si filium deann. tians patrem in hæreticū, nul. las penas in hæreticū, si liū deferentem patrem hæreticum, a penis in hæreticū, si corū filios iure statutis ob premiū delationis libera ri. argumento l. quisquis. §. vltimo. C. ad legē Julii

A maiest. quod & verum est, & in praxi seruandum, quoties is casus occurreret, ne villo modo tantum seclus ex defectu denuntiationis remaneat impunitum. tradit ceteris copiosus Alfonsus Castrus lib. 2. ca. 26. de iusta hæret. puni. et nominatim definitus Federicus Romanorum imperator, in l. cōmissi nobis cōfudit, ubi post latas pœnas in hæreticos, eorumque cōplices, & filios, subdit: Nec quidem a misericordia finib. duximus excludēdū, vt si qui paternæ hæresis nō sequaces, latenter patrū perfidiā reuelauerint, quacūq; reatus illorū animaduersione plectātur, prædictæ punitioni nō subiaceat innocentia filiorum. Hæc ibi. Has autē Federici leges B multi Pontifices cōprobārū, vt suo loco diximus.

c. Quanquam verisimilis videatur,) Sed cui di Speciale est cōstat, primo, vel secundo, et breviter rispondeo, incrimine hæ speciale esse in crimen hæresis, vt posteriori, non priori dicto fides adhibeat, cap. accusatus, §. licet, de hæret. lib. tradit Eym. 3. p. q. 65. rbi dixi Couar. lib. 2. c. 13. nu. 9. var. refol. Ioā. Rojas singul. 194. & 206. & alijs, quos citauit apud Eymericum p̄fato loco, ibi videns.

d Ex qua valeat apparere, utrū in tenetbris am cognoscatur bulet, an in luce,) Id est, vt cognoscatur an sit uerē au quis sit ve vel si est conuersus; quod ex sequentibus signis apparet uel fidei rebit, si paratus est securitatem, & cautionē dignā conuersus, p̄fflare: si inuictā penitentiā humiliter recipiat, receptaque patienter & vere adimpleat; quod si hac defint, aut ex his alterum, non conseruit vere p̄nitens, & conuersus. ita Ioan. And. Hoslien. & Panormitanus hic, quos ceteri sequuntur.

Ex Decretalibus tit. de penit.

Honorius III. Preposito, Archidiacono, & H. Canonico Suezion.

Dominus excommunicato manente, subditu fide litatem non debet, & si longo tempore in ea perficietur, & monitus non paruerit Ecclesie, ab eius debito absoluuntur.

CAP XIII.

GRĀVEM capituli Laud. recepimus questionem, quod cum Comes Registren. pro multis iniurijs, quas irrogarat eisdē per iudices a Sede Apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus; idem per duos annos, & amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claves ecclesiæ contempnendo. Liceat igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ prauitatis: volentes tamen nobilitati parcere Comitis fū predicit. Dilcretioni ueltra mandamus, quatenus si Comes prædictus post commonitionem vestram nō paruerit plenē iuri, vos Ecclesiæ in quibus aliquod ius habere dignoscitur, ab eius debito absoluentes, fideles ipsius (quamdiu in excommunicatione perficerit) ab eius fidelitatis in ramento denuntiatis penitus absolutos.

A Ex Decretalib. tit. de verb. signif.

Resistens in excommunicatione persistens. **I** Dem per duos annos, & amplius in excommunicatione persistens. Qui per biennium persistit in excommunicatione, ideo suspicionem hæresis contrahit, quoniam male sentire videtur de sacramentis Ecclesie postquam ea non recipit ut ceteri fideles, iuxta preceptum Ecclesie in c. omnis. de p. niten. & remissio. Rursus etiam, quia male sentire putatur de Ecclesie potestate cum claves eius, & per nos animo indurato contemnat. Nam si vero hic biennum exprimitur, idem sentiendum est, licet per annum tantum in excommunicatione permanisset argum. c. rursus. & c. quicunque, 11. q. 3. ita Hostien. & Panor. bie. nu. 7. confirmat Concil. Trident. sess. 25. de reformatione, cap. 3. s. in causis quoque, ubi quicunque excommunicatis si per annum in ea censura perficeret, sit suspectus de heresi. verba ita habent: Excommunicatus vero ubicunque, post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritate non recipiat: sed si obdurate animo censuris annexus, in illis per annum in ordine erit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit. hactenus ibi. Concordat. Cœcili. Triburien. c. 2. & 3. & de intellectu huius capituli video Eymericum 2. p. q. 47. s. quidam vero sunt. C & que super eo loco scripsi.

Nobiles in si de errantes plus punientur quam ignobiles. **V**olentes tanè nobilitati parcere Comitis superdicti. Concordat. tex. in l. nemo. C. de summa Trinit. & fide cathol. ubi plus in causis fidei servi quam liberi, & ignobiles quam nobiles puniuntur. Sed hoc in penitentialibus, aut omnino arbitrii locum habere existimare. glo. in c. non cogantur. 11. distinet. Bartolus in l. Padius. s. diuus. ff. de incend. ruina naufrag. Cynus & Baldus copiosè, in l. vle. C. de summa Trinit. et fide Cathol. quoniam alias nobiles in fide errante plus puniendi sunt quam ignobiles, aut certe aequæ. Archidiacon. in cap. qui contra, 24. q. 1. Fel. in cap. pastoralis. vers. sexto fallit. & in c. cum quidam, ver. quinto est, de iure. quos sequitur Tiraquellus tracta. de penit. tempera. aut remittendis, causa 3. nu. 25. Simon. de Catbo. insti. iii. 48. nu. 68. Quis enim nesciat nobiles, quorum exemplo maxime inferiores, & ad bonum & malum commouentur, positos esse in populo quasi scopum, quorum actiones inveniuntur cives facile & sequuntur, & grauius ob id delinquere quam obscuros & sordidos? Hinc illud, ut eleganter ita & vere dictum.

Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet quanto maior qui peccat, habetur.

Actue ex his intelligetur quam cuncta, prudens, salubris, utilis, iuxta, ac necessaria fuerit constitutio Sanctissimi Domini Pauli Pape IIII. cuius initium est; Cum ex Apostolatus officio quam edidit Rome anno Domini 1558. xv. Calen. Martij. Pontificatus sui anno quarto, per quam vel ex hoc solo capite, quod nobiles presertim qui alijs presunt, grauissime suo, exemplo illis nocent, grauissim is, & meritas penas in eos statuit, de quare copiosius agemus cum Eym. infra hac 2. p. q. 48. et 53.

Innocentius III. Comiti Tholosan.

Dicit qui dicuntur hæretici manifesti, quorum bona confiscantur.

C A P. XXVI.

SVPER † quibusdam mandatorum articulis: & infra. Tua deuotio postulauit a nobis, qui sint dicendi hæretici manus festi. Super quo tibi duximus respondē dum, illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem Catholicam publicè predicanter aut prohtentur, seu defendunt corum errorē: vel qui coram prælatis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super hæretica prauitate: quorum bona † propria confiscantur, & ipsi iuxta sententias legitimas puniuntur.

Ex Decre. tit. de off. & pot. iud. deleg.

Alexand. III. Carnoten. Episcopo.

Delegatus Papa in causa sibi cōmīssā iurisdicō nem habet super ordinariū, & quocunque maiore.

C A P. XI.

SANE † quia nos: & infra. Tuæ questione duximus respondendū, quod iudex a nobis delegatus, vices nostras gerit: vnde in causa illa superior est, & maior illis quorū causam suscepit terminādam. Ideoque si episcopus, vel alia persona, que nō sit de iurisdictione illius, in causa quā ei delegamus, rebellis aut cōtumax fuerit, secundum qualitatē facti, poterit, vel interdicti vel suspensionis sententia, a iudice delegato compelli: Ita quod iudex secundum negotiū qualitatē temperate procedens, episcopo vel ingredsum ecclesiæ, vel sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, que ad iurisdictionem suam pertinet & specialiter interdicto supponat.

Ex Decretalib. ti. de sent. excommun.

Honorius III. Episcopo Bonon.

Excommunicat hæreticos & quocunque violatores ecclesiastice libertatis.

C A P. XLIX.

NOVERIT fraternitas tua: & infra. Excommunicamus omnes hæreticos utrū usq; sexus, quocunque nomine cœlean tur, & fautores, & receptatores, & defensores eorum: Neenō & q. de cetero seruari fecerint statuta edita, et cōfuetudines introductas cōtra Ecclesiæ libertatē, nisi ea de Capitalib. suis infra duos menses post huiusmodi publicationē finē fecerint amiseri. Itē excoicam⁹ Statutariorum, et Scriptores statutorum